



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De obligatione mutua inter virum & vxorem. c. 2.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

minali in foro accusat (crimine  
hæresis aliis periculosæ, & læse  
Majestatis exceptis) peccat morta-  
liter. Parentes etiam filios obser-  
quentes, paterna humanitate mu-  
tuuo diligere, & adamare tenen-  
tur, ac iis aliquid, & alia corpo-  
ri & animæ necessaria præbere  
debent, quando his opus habent  
quare nec possunt illos auocare à  
hono statu complectendo ut reli-  
gionis, nec ad illum eos cogere.

*De obligatione mutua inter wi-  
rum, & vxorem. Cap. 2.*

**V**ix non debet sine legitima  
causa vxorē suam ab im-  
pletione diuinorum præ-  
ceptorum impeditre, ut ab audi-  
do sacrum in diebus festis : à con-  
fessione, & communione, saltem  
in Paschate nec grauiter vel ex o-  
dio percutere seu probro afficere.

animo illam afficiendi iniuria, nā  
licet ob correctionē liceat aliquā-  
do dicere verbum iniuriosum, ani-  
mo tamen iniuria afficiendi non  
licet, sed debet illā corrigerē prout  
conuenit, prēterea prouidere gu-  
bernationi domus quo ad reni &  
mores, cum uxore etiam habitare,  
si causa legitima aliter nō permit-  
tit. Vxor pariter viro suo obedire  
debet quo ad bonos mores, & do-  
mus gubernationem : siquidē vel-  
le, viro spredo, suo modo domum  
gubernare, & rixis virum ad blas-  
phemiam incitare, mortale est. Tene-  
tur etiam ipsum sequi quando ip-  
sam ad cohabitandum vult in aliū  
locum, vel in aliam regionem du-  
cere, dummodo ante matrimo-  
niū , pactū non antecesserit  
contrarium, vel ex loci mutatio-  
ne, vitę discrimen sibi imminere  
non intelligat, vel peccati morta-  
lis, vel si vir esset vagabundus nec  
ante matrimonium talis esset.